

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 11: De ieiunio (9)

Hugo de claustro anime:

Ieiunant milites ut aliena rapiant,  
scolares ut subtiliores fiant,  
et nolunt ieiunare ut audiant:

Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis,  
et ego reficiam vos.

Dicit Christus: Reficiam, et homo dicit: Deficiam. Cui credam?  
Credo quia qui potuit hominem facere, potest et reficere.  
Venite, inquit, qui laboratis et cetera.

Jejunant etiam milites ut aliena bona rapiant;  
similiter jejunant scolares ut subtiliores fiant,  
et nolunt jejunare ut audiant:

Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis,  
et ego reficiam vos.

Dicit Christus, reficiam; dicit homo, deficiam: cui credam?  
Credo quia qui potuit hominem facere, possit et reficere.  
Venite, inquit, qui laboratis, laboratis dico in luto et latere.

Hugo de Folieto, *De claustro animae libri quatuor*, 11 (PL 176, col.1036A).